


## PSALME 33 - TON 2 D



1. Benedícam Dóminum in ómni **témpore** : \*  
semper laus ejus in o-re **me- o.**
  2. In Dómino laudábitur ánima **mea** : \* áudiant mansuéti, et  
**laeténtur.**
  3. Magnificáte Dóminum **mecum** : \* et exaltémus nómen ejus in  
**idípsum.**
  4. Exquisívi Dóminum, et exaudívit me : \* et ex ómnibus  
tribulatióibus meis erípuit me.
- ANT.**
5. Accédite ad eum, et illuminámini : \* et facies vestrae non  
**confundéntur.**
  6. Iste pauper clamávit, et Dóminus exaudívit eum : \* et de  
ómnibus tribulatióibus ejus salvávit eum.
  7. Immittet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum : \* et erípiet  
eos.
  8. Gustáte, et vidéte quóniam suávis est **Dóminus** : \* beátus vir qui  
sperat *in eo.*
- ANT.**
9. Timéte Dóminum omnes sancti ejus : \* quóniam non est inópia  
timéntibus eum.
  10. Divites eguérunt et esuriérunt : \* inquiréntes autem Dóminum  
non minuéntur *omni bono.*
  11. Veníte, fílii, audíte me : \* timórem Dómini **docébo** vos.
  12. Quis est homo qui vult **vitam** : \* díligit dies vidére **bonos** ?

**ANT.**

13. Próhibe linguam tuam a **malo** : \* et lábia tua ne loquántur **dolum**.
14. Divérte a malo, et fac **bonum** : \* inquire pacem, et perséquere **eam**.
15. Oculi Dómini super **justos** : \* et aures ejus in preces **eórum**.
16. Vultus autem Dómini super faciéntes **mala** : \* ut perdat de terra memóriam **eórum**.

**ANT.**

17. Clamavérunt justí, et Dóminus exaudívit **eos** : \* et ex ómnibus tribulatió nibus eórum liberávit **eos**.
18. Juxta est Dóminus iis, qui tribuláto sunt **corde** : \* et húmiles spírítu **salvábít**.

Glória Patri, et **Fílio**, \* et Spirítui **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et nunc, et **semper**, \* et in saécula saeculórum. **Amen**.